

**Martinus Ibarra Cantabricus Michaelo Raimundo discipulo.**  
**S. P. D.**



**M**agnam hinc hortaris mi. **R.** latini sermonis amatissime. ut gram-  
maticas introductiones Aelii Antonij Nebrissensis: quoad possem: in viam redu-  
cendas restituendasque curarem. Nam ipse eas ab exemplari vero impresso: in secordia  
paululum declinasse: iam a me quotidianis lectionibus intellexeras. Et quoniam  
munus quidem efflagitabas: tum operis auctore dignum: tum etiam commoditati-  
bus studiisque tuis pulcherrimum: tu ipse copertum habes: qua precibus tuis que velles impetran-  
di facillimus fit semper tibi apud me relictus locus. Verum officium erga te meum nondum etiam ad  
te proficiscebatur: quia nulla novarum impressionum opportunitas mihi hactenus occurrebat. Cal-  
minius tandem vir sane antique virtutis et bibliopola quem unum eandem provinciam mecum una curare  
fortunatum estimabam. Superioribus diebus ad me venit. Lausam omnem primo mihi proposuit: ro-  
gavit statim: uti in negotio suo. Communibus scholasticorum utilitatibus maxime necessario par-  
tem aliquam mihi cure assumerem: nihil in ea re detrimenti. sed habere copertum: non nihil glorie posse  
capere: quod ego ita fore incertus eram: ille mihi sponte pollicebatur. Itaque accusationem huic etiam  
viro affertur: vltam mi. **R.** qui mihi summa familiaritate coniunctus erat neque boni neque liberalis  
officium esse viri putabam. Is igitur ubi petitionem suam fore mihi periculis respodi quo magis  
ad eam rem mihi animus accederetur: tria exemplaria diversis impressa locis primum ad me attulit.  
Sed unum illud: iam primo singulis exploratis: magna auctoris diligentia nunc nuper in hispani  
urbe correctum qua ducem precipue sequi decrevimus. Nam duo reliqua: alterum Cesar augusta  
delatum: alterum nostra barchinone impressum quantum utroque iudicio arbitror nostro exhaurien-  
dum videbatur: nihil amplius nobis in ea re auxilio fuerunt. Illud autem mi. **R.** Commemorandum  
potius quam pretereundum censeo: quod in solo textu plus me hercule triginta locis extremum hoc exem-  
plar sublatum: eversum: aut certe mentium deprehendimus. sicuti est. Perpes et ales. aut si manus.  
Perpes ales. Similace fornar. Que dat in ius. Impubis iunges. Pres predis. Fraus fraudis.  
Puls pultis. Per. e. tantum cetera mittunt. Posco cum disco. Sorbeo sorpsi. Dat pario peperit. Le-  
pio dat cepi. **R.**astroz vel a **R.**apistroz vel a **R.**alneu. i. **R.**epe. e. Et utrumque dat atum. Audio. obe-  
dio. Aduerbio quot accidit. **R.**aleo. es. vel ob numerandum pecunias. Ionio in magno. Excipit  
res rei. **R.**efero et **R.**effero. Excipit ubique. **R.**ffa. **R.**fella. **R.** in cremeto. **R.** i cremeto. Nihilominus  
nus breuiat. Nominatiuo. Dativus. Que abiecta. us. multa preterea adhuc alia suppleuimus que  
paulo accuratius scrutati passim comperientur quibus in locis. Quid iuuenes facient fugiant  
cum talia patres: aut quale obsecro interpretatione illa estimabimus: que textum etiam ipsum luce-  
sua vacante non repudiat. Quid memorie sercetis vocabulorum significationes in illo eodem exem-  
plari deprehendas. Certe quas ex monstris pulcherrimas fecimus. quarum tamen unam mi. **R.** certa  
quadam contagione lesam. parce amabo de nostro grege ortam esse arbitrari. Nam cum ipse appone-  
dum tradidisset. Scurra homo donairos: illud enim proprie significabat quidem fortasse: quod  
aiunt specie recti falsus est **R.**atholicone demortue auctoritatis doctore qui sequitur curiam gratia sibi  
supposuit. dictum plane lepidum magis quam elegans expositio: nisi magis velis pagina dare pon-  
dus idonea fumo. Illa vero altera: vestidura de or. pro eo: quod esse debuit. or. de vestidura: cui nam  
imputari debeat coniectura sciri potest. Ceterum de laudibus auctoris dicere: super vacaneum vide-  
retur: quippe quem maximam inuidiam ingenti gloria superasse: optimus quisque equo animo fatetur.  
Verum ille quidem qui errores quosdam in eum somnians: somnians a pudore procul edidit: satis ha-  
beat: quam vulgo male audit: quod cum ita sit: abutatur patientia nostra. non sumus archilochi. Sed nos  
hec omittamus: maius enim negotium ego arbitror mi. **R.** Adarquetorum familie proles nobilissis-  
ma: hoc opus tua causa: tuoque nomine diligentia mea quam emendatissimum per omnem ora volitare: quam  
cuiusque molles aures verbis ledere. Denique mi. **R.** romane eloquentie amantissime libellum hunc  
lectitare pergito. crede mihi: quantum quantum est: totus elegans est. Et quam te hortari. Lepimus  
illud non solum rogo: sed etiam familiariter moneo: ut tuorum maiorum atque imprimis patris tui **R.**fran-  
cisci Adarqueti Clarissimi viri et bis consilarij res preclare gesta crebro memineris: summamque  
ope adnitaris. ut quas ipse facturus es: quod ita spero confore: illis ipsis adequatur. Nihil ampli-  
us aut maius Martinus Ibarra: Raimundo suo commendandum habet. Vale.

**R.** Registrum huius operis est. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. et 2.  
Quinque sunt quaterni preter a qui est quinternus, et 2 qui est ternus.